Observationes criticae in Hesiodum.

Von **Dr. Labahn,** Gymnasiallehrer.

I.

In Hesiodi clipeo vss. 172—75 legimus:

ἤδη γάρ σφιν ἔκειτο μέγας λῖς, ἀμφὶ δὲ κάπροι
δοιοί, ἀπουράμενοι ψυχάς, κατὰ δέ σφι κελαινὸν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ' · οἱ δ' αὐλένας ἐξεριπόντες
κείατο τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι.

Videmus imaginem, qua aprorum leonumque pugnae effinguntur. Iam leo robustus iacet vita erepta, ἀμφὶ δὲ κάπροι δοιοί, etc., quibus in verbis haud pauca insunt, quae suspicionem non immerito moveant. Quoscumque libros inspicias, vocabulum ἀμφί, si ut hoc loco pro adverbio usurpatum est, nihil aliud significare invenies nisi „circum". Ii versus, qui ab Autenriethio, ut alteram significationem „utrimque" tueatur, in lex. Hom. sub voce ἀμφὶ laudantur, non minus nostram sententiam sequuntur quam alii omnes. Quin etiam in lexicis et apud Kuehnerum in gram. graec. hunc tantum versum 172 commemoratum invenimus, quo altera illa, quae est „utrimque", significatio fulciatur. Quae cum ita sint, nullo modo illud dictum ἀμφὶ δὲ κάπροι δοιοὶ „circum leonem iacent duo apri" sanum possumus putare. Porro ἀπουράμενοι ψυχὰς mira est verborum conformatio. Num Hermannus recte in latinum convertit, cum diceret: „qui (leo ille et apri) invicem se interfecerant"? Exempla eius usus frustra petiimus. Praeterea mire dictum foret hos duos apros ab uno illo leone interfectos sub pedibus aliorum leonum mortuos iacuisse. cfr. vs. 175. Rectius medii aoristum ἀπουράμενοι percepisse nobis videtur Rankius, cum ita redderet latine „qui sibi vitam eripuerant", sed hoc loco quadrare eam sententiam vix quisquam concedet. Etiam in sequenti additamento, praeterquam quod conexus verborum „κατὰ δέ σφι . . . ἀπελείβετο . . ." nobis suspectus videtur, σφι pronomen opponitur οἱ δὲ vocabulis, ut σφι ad leonem — namque σφι tam ad apros quam ad leonem spectare illud οἱ δὲ vehementer repugnat —, οἱ δὲ ad apros pertineant. Sed eam constructionem probare non possumus, cum σφι apud poetas epicos nusquam, apud tragicos perraro ita usurpari viderimus, ut idem valeat quod „ei".

„Melius autem", ut ait Flachius, „Lehrsius versus 173—175 ita cognovit contrahendos esse, ut post versum 172 sequerentur verba: δοιοὶ τεθνηῶτες . . . laudatus a Deiters. pag. 16

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

not. 50." Multum profecerunt, sed illud mirum ἀμφὶ . . δοιοί, quod nos supra improbavimus, in ordine verborum remansit. Deleamus etiam δοιοὶ et retineamus κείατο, ut legatur:

172 ἤδη γάρ σφιν ἔκειτο μέγας λῖς, ἀμφὶ δὲ κάπροι
175 κείατο τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι.

„circum (scil. leonem) iacebant apri sub pedibus leonum ferorum mortui". Sic omnis offensio erit remota, nisi forte in repetito ἔκειτο et κείατο erunt qui offendant. Verum his praeter alia exempla afferemus eos versus, qui infra exstant:

304 ἱέμενοι μαπέειν, οἱ δ' ἱέμενοι . .
305 πὰρ δ' αὐτοῖς ἱππῆες ἔχον πόνον, . . .
306 δῆριν ἔχον καὶ μόχθον.

Vss. 251—261: πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο
αἷμα μέλαν πιέειν· ὃν δὲ πρῶτον μεμάποιεν
κείμενον ἢ πίπτοντα νεούπατον, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ
βάλλ' ὄνυχας μεγάλους, ψυχὴ δ' Ἀϊδόσδε κατεῖεν
255 Τάρταρον ἐς κρυόεν θ'. αἱ δὲ φρένας εὖτ' ἀρέσαντο
αἵματος ἀνδρομέου, τὸν μὲν ῥίπασκον ὀπίσσω,
ἂψ δ' ὅμαδον καὶ μῶλον ἐθύνεον αὖτις ἰοῦσαι.
(om. 258—260.)
261 πᾶσαι δ' ἀμφ' ἑνὶ φωτὶ μάλην δρμεῖαν ἔθεντο.

Omisimus cum Hermanno aliisque versus 258—260, quia haec de Parcis narratio dissecat ea, quae de deabus letiferis enarrantur.

Quodsi structuram verborum a versu 252 usque ad versum 255 consideramus, plura in quibus haereamus nobis occurrunt. Primum in mutata constructione offendimus, cum in versu 252 μεμάποιεν bene ad Κῆρας trahi possit, sed βάλλ' in versu 254 sanae explicationi adversetur. Pronomen αὐτῷ porro in versu 253 refertur ad ὃν δέ, quod minime placet haud ignorantibus ad ὅς vel ὅστις spectare necesse esse ὁ articulum demonstrativi loco pronominis positum vel οὗτος ipsum, — apud Hesiodum saepius articulum. Praeterea Ἀϊδόσδε compositum invenimus cum Τάρταρον ἐς κρυόεν θ', quod nemo scribere potuit, qui nonnihil perlegerat Hesiodi theogoniam, unde illa loca inter se prorsus diversa fuisse luculenter apparet. Denique κατεῖεν forma haud dubie dicta est perverse Videmus igitur, quam corrupti sint versus; et quaecumque explanatio coniecturave a viris doctis facta est, nulla quidem eiusmodi est, qua hi versus sanati videantur. Explicare enim Hermannus, Deitersius aliique ita hunc locum conati sunt, ut unam Κῆρα in versu 254 intellexerint; sed cum ante hunc versum et post illum numerus pluralis sit usurpatus, nobis non persuaserunt eoque minus, quod sic quoque verba μεμάποιεν et βάλλ' non consentiunt. Pro κατεῖεν coniecit Matthiae et alii, qui eum secuti sunt, κατῆεν; aliter nec vero minus egregie Hermannus καθίει, ut restituatur ψυχήν, quod scriptum videmus in antiquissimo codice M. 3. Utrumque nobis quidem placet, sed universo loco remedium non est inventum. Si ad αὐτῷ, quod supra exposuimus, ac praeterea ad Tartarum a loco abhorrentem respicias, coniecturis in his versibus parum effici nemo diffitebitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Immo vero verba illa ab ὃν δὲ usque ad κρυόεν θ' ab insciente homine apposita ex ordine verborum expungenda esse censemus, ut structura et sensus verborum bene procedat:

251 πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο
252 αἷμα μέλαν πιέειν · 255 αἱ δὲ φρένας εὖτ' ἀρέσαντο
αἵματος ἀνδρομέου, τὸν μὲν ῥίπασκον ὀπίσσω.

Inde apparet consilio in versu 251 formam πιπτόντων non πεσόντων adhibitam esse, ut ad unam omnes Κῆρες de unoquoque cadente certarent, et ne quis esset, qui de illa re dubitaret, versus 261 appositus est:

πᾶσαι δ' ἀμφ' ἑνὶ φωτὶ μάλην δριμεῖαν ἔθεντο.

II.

In theogonia primus locus, quem tractandum nobis proposuimus, continet versus 268—269, ubi in omnibus codicibus legimus:

αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται
ὠκείῃς πτερύγεσσι · μεταλρόνιαι γὰρ ἴαλλον.

Nemo interpretari potuit verba „μεταλρόνιαι γὰρ ἴαλλον" nec poterit, cum ea nimis corrupta esse putemus. Schoemannus solus, quantum scimus, de his verbis copiosius disseruit et fieri posse putavit, ut verbo ἰάλλειν, quod alibi verbi agentis loco usurparetur, hic aut vis reflexiva subiceretur aut ex iis, quae antecederent, verbis „πτέρυγας" suppleretur pro obiecto. Cfr. Schoem. in theog. Hes. pag. 150. Neutram sententiam existimamus probabilem! Namque perquam mirum foret, si poeta, cui tritum verbi usum cognitum fuisse credimus, hoc ipso loco aliter eo esset usus. Praeterea non dubium est, quin illud additamentum „μεταλρόνιαι γὰρ ἴαλλον (scil. σφᾶς αὐτάς)" si non falsum, certe nimis supervacaneum esset, quia Harpyias, quae ventorum flatum aviumque volatum celeri alarum motu sequantur, se alis levare per se perspicitur. Respuimus quoque „πτέρυγας" ἴαλλον, quia nemo est, quin sciat aves volantes iactare alas. Porro nobis quidem suspectissimum videtur imperfectum, quod Schoemannus — l. l. pag. 150 — ita conatus est interpretari: „Aber das Imperfect? Auch dies können wir uns so erklären, dass wir sagen, die Phantasie des Dichters sieht die Entstehung der fliegenden Harpyien gleichsam gegenwärtig vor sich: sie fliegen einher, schnell wie der Wind, denn sie schwangen ihre Fittiche." Quibus ex causis illa verba, quae scripta videmus, necesse est corrigi. Ac primum quidem interpunctionem hodieque post πτερύγεσσι positam delendam esse censemus. Neque enim dubium videtur, quin Apollonius Rhodius Argon. II, 328 ff. hunc locum imitatus sit:

Ἅρπυιαί τ' Ἶρίς τε διέτμαγον · αἱ μὲν ἔδυσαν
Κευθμῶνα Κρήτης Μινωΐδος, ἡ δ' ἀνόρουσεν
Οὔλυμπόνδε θοῇσι μεταλρονίῃ πτερύγεσσιν.,

unde apud Hesiodum quoque μεταλρόνιαι ad ὠκείῃς πτερύγεσσι referendum esse conicimus. Restant γὰρ ἴαλλον verba, quae corruptissima sunt. Reputantes nobiscum, quid in hunc ordinem verborum quadraret, desideravimus explicationem, quales venti fuissent, inter quos Harpyiae sese interponerent,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ut quidquid obstaret sibi delerent. Namque si respicimus ad versus 869—880, ubi venti enumerantur, alterum ventorum vel potius turbinum genus:

872 αἱ δ' ἄλλαι μαψαῦραι ἐπιπνείουσι θάλασσαν,
αἳ δή τοι πίπτουσαι ἐς ἠεροειδέα πόντον,
πῆμα μέγα θνητοῖσι, κακῇ θύουσιν ἀέλλῃ·
875 ἄλλοτε δ' ἄλλῃ ἄεισι διασκιδνᾶσί τε νῆας
ναύτας τε φθείρουσι· κακοῦ δ' οὐ γίγνεται ἀλκὴ
ἀνδράσιν, οἳ κείνῃσι συνάντωνται κατὰ πόντον·
αἱ δ' αὖπαὶ κατὰ γαῖαν ἀπείριτον, ἀνθεμόεσσαν,
ἔργ' ἐρατὰ φθείρουσι Χαμαιγενέων ἀνθρώπων,
880 πιμπλεῖσαι κόνιός τε καὶ ἀργαλέου κολοσυρτοῦ.

nostro loco oportere intellegi satis apparet. Cfr. Schoem. l. l. pag. 244. Quodsi paulum mutamus et pro γὰρ ἄλλον scribimus „κατ' ἄελλαν", habemus, quod opus est: „Harpyiae, postquam celeri alarum motu sublimes abierunt, ventorum eorumque rapacium flatum aviumque volatum sequuntur per turbinem", ut quasi impellentes et incitantes ventos huc atque illuc saeviant omniaque deleant. Haud mira est repetitio ἀνέμων — ἄελλαν, ut praeter alios locos infra videmus:

vs. 662 ῥυσόμεθα κράτος ὑμὸν ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι
μαρναμένοι Τιτῆσιν ἀνὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

Praeterea de sententia et verborum structura afferamus exemplum, quod nobis, cum primum Sapphus carmen perlegeremus, huic versui haud prorsus absimile videbatur:

κάλοι δέ σ' ἄγον
ὤκεες στροῦθοι περὶ γᾶς μελαίνας
„πύκνα δινεῦντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω αἴθε-
ρος διὰ μέσσω."

Legas igitur:

αἵ ῥ' ἀνέμων πνοῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται
ὠκείῃς πτερύγεσσι μεταΚρόνιαι κατ' ἄελλαν.

Sedulo viri docti iis versibus, qui exstant in theogonia 829—835, interpretandis aut emendandis dederunt operam. At nobis quidem quod nunc legitur nondum sufficit:

829 φωναὶ δ' ἐν πάσῃσιν ἔσαν δεινῆς κεφαλῆσι
830 παντοίην ὀπ' ἱεῖσαι ἀθέσφατον· ἄλλοτε μὲν γὰρ
φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε
ταῦρου ἐριβρύΚεω, μένος ἀσΚέπτου ὄσσαν, ἀγαύρου
ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντος ἀναιδέα θυμὸν ἔΚοντος,
ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα, θαῦμαθ' ἀκοῦσαι,
835 ἄλλοτε δ' αὖ ῥοΐζεσΚ', ὑπὸ δ' ἤΚεεν οὔρεα μακρά.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Offenditur iure in verbis, quae sunt φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, porro in vocabulo ῥοίζεοκ'; praeterea nemo de ἐοικότα quicquam exposuit, quo pertineret. Primum igitur de φθέγγονθ' ὥστε θεοῖσι συνιέμεν, quam lectionem omnes exhibent codices, copiosius disseremus. Schoemannus illam in theog. Hes. pag. 242 tuetur, cum dicat structuram ut miram et insuetam ita non reiciendam esse et vertit „sie lauteten wie für Götter zu verstehen", quod nihil aliud valeat nisi „sie lauteten so, dass sie für Götter verständlich waren", unde coniciendum est συνιέμεν passive dictum; nam quod Schoemannus addidit „dass bei Angabe von Thätigkeiten — wie hier συνιέμεν — die Aktivform gewöhnlich ist, sobald über das Subjekt, welches dabei zu denken, kein Zweifel stattfinden kann" hoc loco parum intellegimus, cum in ea constructione, quam ipse proposuit, nihil aliud esse possit subiectum nisi φωναί, ad quas συνιέμεν passivo sensu respiciat. Hic usus verbi nobis ignotus est; praeterea etiamsi eius sententiam sequeremur, tamen obstaret significatio vocabuli συνιέναι. Illo tempore, cum id carmen compositum est, et antea συνιέναι est idem quod „audire" non „mente comprehendere"; sed licet haec significatio in usu iam fuerit, tamen non dubium est, quin poeta alio verbo fuerit usurus, cum in verbo συνιέναι multo gravius momentum insit quam quod in hoc versu postulatur. Cfr. de συνιέναι, quod explicat Schmidt. Synon. ling. Graec. I. p. 293. In eadem difficultate versamur, si pro θεοῖσι scribimus θεούς, quod Flachius exspectavit, et verba cum eo ita interpretamur, ut Schoemannus fecit; accedit, quod tum prima syllaba verbi συνιέμεν producitur, quod aliis eius modi vocabulis ut συνεκὴς defendi nequit, cum συνιέμεν saepissime apud poetas inveniatur prima quaque syllaba correpta. Quodsi verbum ita intellegeremus ut illi, qui tum fuerunt, et latine redderemus „audire", Wolfii explicatio „modo tam immanis erat contentio vocis, ut vel di in Olympo eam audire possent, modo . . ." vera esset, nisi constructio ipsa, ut supra docuimus, obstaret et nisi hoc loco de genere vocis sed de maiore vel minore vocis contentione ageretur. Sine dubio autem poeta hic de genere vocis loquitur, quod ex toto verborum conexu, tum ex vocabulo παντοῖος, denique ex Apollodori imitatione nimis apparet. Catuli et angues (cfr. vss. 834 et 835) num grandis vocis testes esse possunt? Porro παντοῖος est „diversus" cfr. opp. et dies 621:

δὴ τότε παντοίων ἀνέμων θύουσιν ἀῆται

praeterea Apoll. bibl. II, 5, 11, 2 (ed. Becker): „ἐκρῆτο δὲ (scil. draco, filius Typhoei et Echidnae) φωναῖς παντοίαις καὶ ποικίλαις" „utebatur vocibus diversis et variis", quod ita intellegendum videtur, ut variae voces ad sonum mutatum, sed diversae ad mutatam vocem pertineant alia ut hoc Hesiodi loco aliam excipiente.

Etiam alium locum afferamus Apollodori I, 6, 3: καὶ γεννᾶ Τυφῶνα ἐν Κιλικίᾳ, μεμιγμένην ἔχοντα φύσιν ἀνδρὸς καὶ θηρίου, ubi de genere figurae Typhoei ut loco nostro de genere vocis eius disseritur. Nobis quidem facili verborum mutatione versus ita videtur esse corrigendus, ut scribamus:

φθέγγονθ' ὥστε θεοῖς ἶσον ἔμεν, ἄλλοτε . .

„modo vox par erat voci deorum, mox taurorum, mox leonum . ."

Vocem deorum haud dissimilem fuisse hominum voci discimus ex eo, quod Schoemannus l. l. p. 242 de ea re disputavit. Subiectum quidem φθέγγοντο verbi est φωναί, obiectum nihil aliud esse potest nisi ὄπα, non ὄσσαν versus 832, quod Schoemannus in annotatione ad vs. 832

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pag. 73 proposuit, eoque minus, quod ita versus 832 prorsus divelleretur; immo bene procedit sententia, si post ἀσκέτου interpungimus. Φθέγγοντο igitur cum ὄπα coniungendum est; sed cum facillime fieri potuerit, ut poetae, cum scriberet φθέγγοντο, pro ὄπα animo φθόγγον vox obversaretur, ἴσον in versu 831 et ἐοικότα in versu 834 ad φθόγγον vocem rettulit. Aliquid simile habemus apud Aeschyl. Agam. 537—540 (ed. Schneidewin):

εὐναὶ γὰρ ἦσαν δαΐων πρὸς πείλεσιν · —
ἐξ οὐρανοῦ γὰρ κἀπὸ γῆς λειμωνίας
δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος
ἐσθημάτων, πιθέντες ἔνθηρον τρίκα .,

ubi πιθέντες ad δρόσοι respicit, qua de re Hermannus ita disserit: ‚indulserunt talia sibi poetae vel metri vel suavioris soni causa', — ‚sed fortasse ὄμβροι animo poetae obversatum esse.' Facilius vero loco nostro poeta ad φθέγγοντο ex ὄπα voce supplere potuit φθόγγον quam l. l. ex δρόσοι ὄμβροι! Praeterea φθόγγος vocabulum optime quadrat ad totum locum, cum spectet ad varietatem vocis; cfr. de ea re Schmidt. l. l. I. pag. 50. Ne quis sit, qui in syllaba producta ἴσον ἔμεν offendat, ipsa in caesura semiseptenaria id non raro accidere monere liceat. Kuehn. in gram. exempla collegit I, 1 pag. 240. Si igitur tenemus, quod coniecimus, verborum constructio in iis versibus, qui sequuntur, sine ulla difficultate conspicitur:

ταύρου ἐριβρύκεω, μένος ἀσκέτου, ὄσσαν ἀγαύρου, (scil. φθόγγον)
ἄλλοτε . . .
ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα, (scil. φθόγγον).

Restat, ut de ῥοίζεσκ' dicamus, quod falsum esse persuasum habemus. Illud exhibet optimus codex, alii aliud praebent nec quicquam, quod versui medeatur. Desideratur imperfectum ῥοίζεον, quod pro ῥοίζεσκ' in ordine verborum ponamus, ut εον unam syllabam efficiat, quae synizesis praesertim in arsi saepe legitur; subiectum est φωναί:

(scil. φωναὶ) φθέγγοντο . . .
. . . . .
835 . . . . . ῥοίζεον,

quod verbum eo melius ad φωναὶ refertur, quod in versu 834 verbis θαύματ' ἀκοῦσαι ea constructio, quae cum φθόγγον voce cohaeret, concluditur.

Hi igitur sunt versus:

829 φωναὶ δ' ἐν πάσηισιν ἔσαν δεινῆς κεφαλῆσι
830 παντοίην ὀπ' ἱεῖσαι ἀθέσφατον · ἄλλοτε μὲν γὰρ
φθέγγονθ' ὥστε θεοῖς ἴσον ἔμεν, ἄλλοτε δ' αὖτε
ταύρου ἐριβρύκεω, μένος ἀσκέτου, ὄσσαν ἀγαύρου,
ἄλλοτε δ' αὖτε λέοντος ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντος,
ἄλλοτε δ' αὖ σκυλάκεσσιν ἐοικότα, θαύματ' ἀκοῦσαι.
835 ἄλλοτε δ' αὖ ῥοίζεον, ὑπὸ δ' ἤχεεν οὔρεα μακρά.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non sanus est versus 973, quem ita in codicibus legimus:

πᾶσαν · τῷ δὲ τυχόντι καὶ οὗ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται,

Plutos, Jasii et Cereris filius, in omnes terrarum partes pervenit, et quisquis habebit eum, fiet fortunatus. In πᾶσαν vocabulo omnes editores offenderunt et alius aliud proposuit. Hermannus pro πᾶσαν commendat πᾶσιν, quod nec Goettlingius nec Schoemannus in contextu posuerunt, ex quo colligi potest eos coniecturam illius improbavisse. Goettlingius suspicatur τυφλός, Schoemannus πάντῃ vel πάντοσε; nos quidem nullam ex his tribus coniecturis possumus probare: nec Hermanni, cum verba, quae antecedunt, apte cum πᾶσιν conecti nequeant, nec Goettlingii nullo adhibito argumento, nec denique Schoemanni, cuius πάντῃ vel πάντοσε prorsus supervacaneum videatur. Accedit, quod viri docti in hoc uno erraverunt, quod πᾶσαν vel aliam vocabuli formam ad ea, quae anteeant, verba respicere oportere existimaverunt. Immo vero postquam ceteros locos Hesiodi, ubi verba — cfr. vs. 972 . . . . . ‚ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης' — coniuncta exstant, perspeximus, non magis hoc loco quam illis additamentum tale a poeta usurpatum esse censemus. Item apud alios poetas, ubicumque illum versum invenimus, verba ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης leguntur sine ullo eius modi additamento.

Πᾶσαν igitur cohaeret cum iis verbis, quae sequuntur; sed quid sibi velit hoc loco τῷ δὲ τυχόντι, quod omnino in verborum ordinem non quadrat, parum intellegimus, cum τῷ δὲ τυχόντι et καὶ οὗ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται idem significent. Corrigendus erit igitur versus. Si scholiastae verba conferemus: ‚Δημήτηρ δέ ἐστιν ἡ γῆ. Ἀλλὰ ταύτῃ ὁ Ἰάσιος σύνεισιν, ἤγουν ὁ γεωργὸς ἀπὸ τοῦ ἱέναι τὰ σπέρματα κατ' αὐτῆς, ἐξ ἧς γεωργίας ἐπιμελῶς γενομένης ὁ Πλοῦτος γεννᾶται — cfr. etiam Schoem. l. l. pag. 279 — versus ita intellegemus, ut quisquis intentus fuerit agro colendo et negotiando, ut Lennepius opinatur (cfr. Schoem l. l.), divitias sibi comparare possit. Fieri igitur potest, ut horum quisque dives fiat. Quae cum ita sint, haec coniciamus:

972 ὃς εἶσ' ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης ·
973 πᾶς ἂν τοῦδε τύχοι τε καὶ οὗ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται,
τὸν δ' ἀφνειὸν ἔθηκε, πολύν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον.

Coniecturam facilem esse vix quisquam diffitebitur.

III.

In opp. et dier. versibus 479—482 codices hanc exhibent lectionem:

εἰ δέ κεν ἠελίοιο τροπῆς ἀρόῳς χθόνα δῖαν,
ἥμενος ἀμήσεις ὀλίγον περὶ χειρὸς ἐέργων,
ἂν ἱαδεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα καίρων,
οἴσεις δ' ἐν φορμῷ · παῦροι δέ σε θηήσονται.

Hi versus ut exstant intellegi nequeunt. Schoem. in comm. crit. p. 89 dicit ‚nam neque genetivi χειρὸς explicandi ulla probabilis ratio a quoquam aut excogitata est aut excogitari poterit, neque verbi περιείργω aptam hoc loco significationem esse arbitror.' Id quidem postquam probavit, olim lectum esse ‚ὀλίγον περ χείρεσι ἔργον' opinatur, ut χείρεσι in χειρὸς et ἔργον in ἐέργων corruptum sit. Sed praeterquam quod uno loco Iliadis XX, 468 χείρεσι fertur, nobis non persuasit, cum,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ὀλίγον περ χείρεσι ἔργον pro appositione accipiendum esse contendat ad verbum ἀμήσεις, quod idem sit atque ἄμητον ποιήσει: „sedens metes (messem facies), exiguum manibus negotium"; certe parum apte ac praeclare a poeta dictum. Nec fere magis Goettlingii sententia placet, qui ita verba interpungenda et coniungenda esse conicit:

ἥμενος ἀμήσεις ὀλίγον, περὶ χειρὸς ἐέργων ἀντία, δεσμεύων . . .

Hoc unum probamus ὀλίγον referri ad ἀμήσεις, sed quod sequitur prorsus displicet. Verbum περι — εέργειν iam a Schoemanno l. l. bene refutatum est; et porro quidem χειρὸς — ἀντία cohaerere et cum verbo περιείργειν conexum significare posse „fassend was dir in die Hand fällt" vix quisquam erit, cui persuadeat. Restat, ut ipsi, cum nulla alia coniectura facta videatur, de hoc loco nostram sententiam proferamus. Facientes cum Goettlingio ὀλίγον ad ἀμήσεις referimus, quo praeterea περὶ in περ mutatum pertineat, praesertim cum ita, quod hoc loco optime quadrat, adiectivi vis augeatur:

„metes prorsus haud multum, i. e. metes minimum." Cfr. Hom. Odys. VIII, 187/188 et Ilias XI, 391/392.

Reliquum est χειρὸς ἐέργων, quod in χεῖρας ὀρέγων corrigi velimus. Sic sententia recte procedit: ‚sedens brachium porriges et metes', atque copiose epicorum more; praeterea illa verba χεῖρας ὀρέγων vel ὀρεγνὺς praesertim ultima versus sede libenter a poetis usurpantur. Cur Schoemannus l. l. eos existimaverit prudentiores, qui in vocabulo ἥμενος translationem agnoverunt ad significandum otiosum, non intellegimus eoque minus, quod ipse non diffitetur sic nimis hanc otii notionem extolli, si quidem etiam in summa paucitate frugum messor non adeo certe otiari possit, ut nihil quod opus sit agat, quo sensu alias ἧσθαι et καθῆσθαι dicatur. Immo vero proprio sensu accipimus, ut is, qui serius severit eaque de causa propter humilitatem et tenuitatem aristarum sedens metat, verbo ipso ἥμενος iis opponatur, qui iusto tempore sationi studuerunt ideoque stantes πέμενος βαθυλήιον . . . ἤμων ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες. Ilias XVIII, 550—551. Namque messores satis erectos metere consuevisse ex eo perspicuum est quod culmi non prope ipsas radices desecabantur. Quid autem versus, qui sequitur, ἀντία δεσμεύων κεκονιμένος, οὐ μάλα χαίρων, in verborum conexu significat? Non immerito quaeras, quo spectet δεσμεύων; num credemus illum messorem paucas aristas, quas in corbe — cfr. vs. 482 — domum ferre posset, in manipulos studuisse colligare? Accedit quod praeter hunc locum neque apud Homerum neque apud Hesiodum δεσμεύειν verbum ea significatione invenitur. Quid porro sib vult κεκονιμένος? Scholiasta putat locum propter raritatem aristarum magis sole tostum pleniorem esse pulveris; sed minus credibile est; οὐ μάλα χαίρων sua sede displicet, cum nihil afferat, quod quisque nesciat; ἀντία denique quoquo modo explicare studuimus, hoc loco minime perspicimus nec possumus indagare, quid vocabuli loco possit institui. Si praeterea nimiam participiorum vim respexerimus simulque quam apte cum versu 480 coniungi possit versus 482 nobiscum reputaverimus, hunc versum 481 ex ordine verborum removere non verebimur. Legas igitur:

480 ἥμενος ἀμήσεις ὀλίγον περ χεῖρας ὀρέγων,
482 οἴσεις δ' ἐν φορμῷ·

Sic ὀλίγον obiectum bene cum verbis ἀμήσεις et οἴσεις cohaeret.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf